



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 8. S. Sophronius Stephanum Romam mittit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

§. VIII.

Sæculum VII  
A. C. 635.

S. Sophronius Stephanum Romanum  
mittit.

Imo majore quam antea zelo S. Sophronius Monothelitis se opposuit, atque sexcentis Patrum testimoniis in duo volumina collectis eos convincere, & ad sanam Doctrinam reducere conatus est. At illi fervore pio irritati, eo magis in Sanctum Virum calumnias spargebant. *Suppl.*  
Igitur cum Hæresin in dies incrementa *Steph.to.6.*  
sumere cerneret, quemquam suorum Romanum mittendum esse credidit. Tum vocatum ad se Stephanum Episcopum Dorensem ex Suffraganeis suis primum, & in montem Calvariæ deductum, ita affatus est: *Memineris, te aliquando illi, qui in hoc loco Sancto crucifixus est, venturo judicare vivos & mortuos, rationem redditurum esse, si jam Fidem periclitantem deseras.* Fac ergo, quod ipse ob incursiones Saracenorum facere non possum. Ex ista extrema orbis parte strenue te confer ad Sedem Apostolicam, ubi sanæ Doctrinæ fundamenta sunt. (\*) Viros Sanctos, qui ibi degunt, certiores redde de his omnibus, quæ hic aguntur, & rogare non desine, donec hanc novam

B 5                    Doctri-

(\*) Testimonium adversus Protestantes consideratis omnibus circumstantiis invincibile!

**S**eculum VII *Doctrinam judicaverint, & Canonice da-*  
**A. C. 636.** *mnaverint.* Stephanus vehementissima  
 S. Patriarchæ oratione commotus, cum  
 præterea plerique Episcopi, populique  
 in Oriente Catholici precibus suis insta-  
 rent, illico profectionem exorsus est.  
 Hoc comperto, Monothelitæ iter facien-  
 tem impedire extremo conatu moliti  
 sunt, missis in diversa loca mandatis, ut  
 prehenderetur, & catenis vincitus retraheretur; ille nihilominus struntas insi-  
 dias evasit, & Romam, forte Honorio Pa-  
 pa jam defuncto, pervenit.

## §. IX.

*Omar Jerosolymam occupat.*

Prior ex hac vita migravit S. Sophro-  
 nius, haud diu postquam Jerosolyma  
 a Musulmannis capta fuisset, quod anno  
 636. contigit. Annis omnino duobus  
 obsidione pressa tandem initis conditio-  
 nibus Oмаро Califæ præsenti deditio-  
 nem fecit. Ille Sanctam Civitatem in-  
 travit indutus vili cilicio ex pilis came-  
 lorum contexto, ut quasi Devotionem  
 profiteretur; cumque petiisset sibi osten-  
 di, locum, in quo Templum Salomonis  
 stetisset, suis manibus fordes, quibus re-  
 pletus erat, asportare cœpit, statuitque,  
*Theoph.an.* *Elmac.lib. I.* ibi pro suæ Sectæ hominibus Oratorium  
*26. p. 281.* *c. 3. p. 28.* extruere. Tunc S. Sophronius Danielis  
 Vaticinium, *Abominationem Desolatio-*  
*nis*